



R. P. PETRI
L E U R E N I I
SOCIETATIS JESU
F O R U M
ECCLESIASTICUM
SEU
J U S
C A N O N I C U M
U N I V E R S U M



ANNO
MDCCLXVII

Forum
Ecclesiastico-
Civile.

Sicut
Leges non dedit
Sanctus SS. Concilium
Sicut imitari, ita et SS
Statuta Canonum
Principum
constitutionibus
adjuvantur.

Legem
Sancti
Concilii
Sicut de
norma
et v. 15.

Legem
Sancti
Concilii
Sicut de
norma
et v. 15.



FORUM
ECCLESIASTICUM,
IN QUO

JUS
CANONICUM

UNIVERSUM,

LIBRORUM AC TITULORUM ORDINE

PER

QUÆSTIONES ET RESPONSA.

Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ
UTRIQUE JURI,

CANONICO ET CIVILI

COMMUNIA SUNT,

Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur,
A U T H O R E


R. P. PETRO LEURENIO

SOCIETATIS JESU,

SS. Theolog. Doctore, & SS. Canon. quondam Professore.

LIBER PRIMUS DECRETALIU

*Es de la librería del
A.º Capit. de la Conf.
R.º de Salamanca*



Cum Privilegio Sacrae Caesareae Majest. & Permissio Superiorum.

REGUNTIA ANNO M. DCCXVII

Sumptibus JOANNIS MAYERI, Typographi & Bibliopolae Aulico-Academici.



PRIVILEGIUM CÆSAREUM.



Um olim à Sacris Cæsareis Majestatibus Rudolpho II. Mathia, Ferdinando III., Leopoldo I. Josepho I., felicissimæ mem., & Sac. Cæs. & Catholicæ Majestate CAROLO nunc gloriosissimè regnante, diplomate edito die trigesimâ primâ mensis Octobris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Duodecimo, omnibus Typographis, Bibliopolis, & aliis Librariam negotiationem exercentibus seriò firmiterque inhibeat, ne quisquam libros ullos à Societatis nostræ Patribus hæctenus editos, aut imposterum edendos intra S. R. Imperii, Regnorum & Dominiorum suæ Cæs. Majestatis hæreditariorum fines simili aliòve caractere aut formâ, sive in toto sive in parte excudere, recudere, vel aliò excudendos aut recudendos mittere, vendere, distrahere, clam, seu palàm citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat vel præsumat:



FACULTAS

Adm. R. P. PROVINCIALIS.



Go infra scriptus Societatis JESU per Provinciam Rheni inferioris Præpositus Provincialis, potestate mihi factâ ab Admodum Reverendo Patre nostro P. MICHAELÉ ANGELO TAMBURINUS Societatis nostræ Præposito Generali, typis mandari permitto Librum, cui Titulus *Forum Ecclesiasticum, in quo Jus Canonicum Universum per Quæstiones & Responsa explanatur* à R. P. PETRO LEURENIO ejusdem Societatis Theologo conscriptum, & à Deputatis ad id Censoribus lectum & approbatum. In cujus rei fidem hæc literas officii mei Sigillo munitas manu propriâ subscripsi. Coloniae 10. Septembris 1712.

(L.S.) *Christophorus Neander Soc. Jesu
p. t. Provincialis ad Rhenum Inferiorem.*

Go PETRUS SCHMITMAN ejusdem Societatis Jesu per Provinciam Rheni Inferioris p. t. Præpositus Provincialis D. JOANNI MAYER Ser. Princip. Elect. Palatini Consil. Camerae & Typographo Aulico Academici Mogunt. & Palatino, concedo Jus hujus Cæsarei Privilegii ad quatuordecim Annos usurpandi, ac excudendi librum, cui Titulus: *Forum Ecclesiasticum, in quo Jus Canonicum Universum per Quæstiones & Responsa explanatur* à R. P. PETRO LEURENIO ejusdem Societatis Theologo. In cujus rei fidem hoc testimonium manu propriâ subscriptum & consueto Officii Sigillo munitum dedi. Confluentiæ die 24. Septembris, Anno 1715.

(L.S.) *Petrus Schmitman Soc. Jesu
p. t. Provincialis ad Rhenum Inferiorem.*

Quest. 30. Quid agendum, ubi jura videntur, vel etiam repugnant sibi contraria.

1. Resp. primò. Ante omnia jura juri sunt concilianda neque eorum correctio sine necessitate asserenda. *c. cum expediat. de Elect. in §. l. non. de officio. doct.* Cùm enim lex debeat esse honesta, justa & constituta pro communi utilitate. *Con. erat autem. dist. 4.* correctio juri est odiosa. Unde si, live in eadem unius Pontificii compilatione v. g. in Decretalibus Gregorii; live inter diversas juris partes. v. g. inter cunctas Decretales & Sextum Decretalium vel Clementinas apparere videatur aliqua contrarietas que non est procul manifesta, sed re penitus inspecta, eorummodam admittit interpretationem & conciliationem, salvâ verborum proprietate faciendam, hæc facienda est. In ea tamen conciliatione nunquam sine necessitate à propria verborum significatione est recedendum. Argum. *c. ad audientiam. de decimis & ibi Abb. juncta c. ult. de verbor. signif.* Imò, ut hæc *l. 1. §.*

si is, qui navem. ff. de Exercitator. alioq. in re dubia melius est verbis edicti servire. Sæcus foret, ubi aliunde appateret de usque legislatotis. v. g. ex ratione per legem expressa; tunc enim fraudum menti illius etiam contra proprium significatum verborum. Argum. *l. cum pater §. dulcissimis ff. de legat.* ubi verba restantur propter expressam rationem. Verba siquidem intentioni deserviunt, & non è contra. *c. secundò requirit. de appellat. & c. intelligentia de verborum signif.*

2. Resp. secundò. De cetero si contrarietas manifesta appareat, que conciliationem non admittat priores textus à posterioribus, live sint in ejusdem compilationis libro, live in diversis libris, correctos esse cum communi DD. dicendum est. *Wiestner. in præm. n. 104.* ad correctionem tamen juri antiquorum requirit, ut quid in posteriore lege specialiter expressum inveniamur. habetur ex *c. Constitutio. multa gl. v. in casu de elect. in 6. & ex l. præcipuus. §. fin. c. de appellat.*

DECRETALIAM GREGORII IX. LIBER PRIMUS.

Quest. 31. Synopsis. Quæ & quo ordine in hoc Libro contineantur.

1. Resp. Postquam relicta tantisper dispositione, quæ ab aliis Jus universum tam civile quàm canonicum juxta triplex objectum suum non incoarctat ad tria capita revocatur; nempe ad personas, res & actiones, & harum singula subdividuntur; nimirum persone in Superiores live Prælatos, quibus competunt potestas jura condendi, condita tenendi, & juxta eorum præscripta subditos judicandi; & inferiores seu subditos, nempe in Clerum tam regularem quàm secularem. Res in eas, quæ specialiter Clerici competunt, ut sunt beneficia & dignitates ecclesiasticæ; & quæ ad laicos tantum spectant, ut sunt sponsalia & matrimonium. Actiones seu judicia in civilia & criminalia. Compilationum Decretalium aliam immediate jurium in his contentorum lubuit iure digestionem. Agere nimirum primò de Prælati seu Judicibus ecclesiasticis. Deinde de Judiciis potissimum civiliter intentatis. Tercio de personis rebusque earum ecclesiasticis; utpotè circa quas dicta judicia exerceri solent. Quarto specialiter de matrimonio causisque matrimonialibus; ac denique de criminibus & processu criminali.

Quæ omnia glossa eodem ordine complectitur hoc versiculo: præfixo Decretalium Gregorianarum proœmio:

Judex, Judicium, Clerus, Sponsalia, Crimen,
2. Librum itaque hunc primum, postquam non secus ac Imperator Codicem suum, exorsus à fide Catholica & Orthodoxa, tanquam legem omnium, ac potissimum ecclesiasticarum, fundamento; postque traditam rebus utralis primis materiam legalem jura omnia pervagantem tanquam prima principia, agit de personarum ad prælaturas ecclesiasticas promotione, de earum renunciatione. De earum supplenda negligentia. De clericorum ordinatione & factis unctionibus. De ordinandorum & perficiendorum qualitatibus. De officiorum variorum administratione ac munere. De Judicium ecclesiasticorum tam ordinariorum quàm delegatorum potestate, & hinc orti coram majoritate & obedientia iis debita. Ac dein pergit ad pactationes & transactiones. De Procuratoribus ad agendum, Syndicis similibusque, quibus negotia talia committuntur. Ac denique de remediis extraordinariis, quibus necesse vel vimpassis subveniunt, puta de restitutione in integrum &c. Ecce perbreve tam totius Decretalium voluminis quàm specialem Libri primi Synopsin.

TITULUS PRIMUS.

De Summa Trinitate & Fide Catholica.

Quest. 32. Quæ contineat hic titulus.

1. Resp. Titulus hic, quoque reperitur in sexto Decretalium & Clementinæ, absolvitur hic duobus capitibus, nimirum *c. si mater & c. damnatus*. Utrumque est Decretalis Innocentii III, ab eo edita in Concilio generali Lateranensi quarto celebrato anno 1215. In prima asseritur & credendum proponitur mysterium SS. Trinitatis. Creatio utriusque

substantiæ, nimirum spiritalis & corporeæ. Incarnatio Filii Dei, ejusdemque Passio, Resurrectio, Ascensus ad caelos, Descensus ad iudicium. Una Ecclesia. Sacramenta Eucharistiæ, Baptismi, Penitentia. In secunda pergit Idem Pontifex cum Concilio dicto statuere, stabilire & explanare mysterium SS. Trinitatis; damnando impietatem ut hæresin errorem Joachimi Abbatis Florentis (non tamen damnando tanquam hæreticam ipsam Abbatem,